



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

REGULA LXXIIII.

Legatum factum ecclesiæ, aliter non specificando nomen intelligitur de parochiali. secundum Bar. in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de cond. & demonst. Cyn. in l. ult. & ibi Saly. C. de sac. sanct. eccl. col. 3. Iaf. in l. qui insulam. ff. de verb. oblig. Tiraquel. priuil. §. 6. in tract. p. pix. causæ.

1 Fallit hæc regula ubi in ciuitate sunt plures ecclesiæ, quæ tunc de principali ecclesia diocesis, uel ciuitatis intelligitur. Ita uoluit & sentit Io. Fab. & Aret. in §. sed ius eodem instit. de iur. nat. gent. Host. & Io. And. in c. indicante. de testa. Ancha. & Imol. in c. indicante l. quæ conditio. §. cum. ita. ff. de cond. & demonst. nu. 5. & Anch. con. 14. Franciscus col. penult. uersu. octaua ratio. ubi reliquum factum pauperibus intelligitur de pauperibus domicili.

2 Fallit etiam si testator esset in duabus parochiis, quia tunc spectandum esset tempus testamenti & non tempus mortis testatoris, pro ut subtiliter & eleganter tenuit Socin. d. §. cum ita nu. 5. ff. de condit. & demonst. arg. l. si ita. ff. de aur. & arg. legat. & not. tex. in d. l. quæ conditio. §. in. & ibi Bar. ubi legatum factum ecclesiæ, aliter non nominando ecclesiam intelligitur de ecclesia domicilii. Ita Fran. in c. fin. nu. 2 §. uer. & ad hæc uide tex. de foro cõpe.

REGULA LXXV.

Legatus papæ de latere, potest absoluere ab omni excommunicatione etiam reseruata papæ. secundum Felin. in c. ad eminentiam de sententia excommu. iuncto c. si quis suadente. 17. q. 4. Deci. in c. cum tu. nu. 3. de off. ord. ex quo reputatur ordinarius iudex in loco suæ legationis.

1 Fallit 1. nisi alias fuisset excommunicatus propter causam arduam, ut Lapp. in c. si abbatem de elect. in 6. in uer. si translationem. in glo. ubi dicit, quod legatus potest omnia nisi sine sibi specialiter prohibita. dico in loco suæ legationis.